



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De ijs qui ad ea vitia, quibus renunciauerunt, rursus redeunt. cap. xiiii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A Tum demum priora peccata condonantur, cum pœnitentia conscientia opera postea efficiuntur. Nam si quis, dum adhuc ea perpetravit, quæ vituperatione ac pœna digna sunt, cœnitem pœnitentiam simulat, ut veniam hancquam consequetur: quippe qui adhuc ea committat, qui rat, quæ lege diuina interdicta sunt.

Cum impius Basilius Euangelistam Ioannem aliquando salutasset, ac dixisset, Agno-
scis nos? nulla interposita mora. Agnosco te, inquit Vir sanctus, primogenitum Satanae.

Non externum morbum, sed peccata, quæ morbum accersunt, extimescamus: & morbum ret.
animi, non corporis.

Sit lex ista constituta aduersus eos, qui res sanctas ac diuinias non sanctè, atque ut Deo
dignum est, cernere cupiunt, & cœtitatis pœnam inferre.

B Si Deum regem habere cupis, fac à peccato abhorreas. Quoniam enim pacto is sub Dei
imperio esse poterit, qui peccatis delectatur?

Ita natura comparatum est, ut mens pura veritatem cernat: ac Deus se ei spectandum Euagrii.
præbere solet. Itaque omnes illi, qui à veritate aberrarunt, ob id aberrarunt, quia improbe
ac scelerate vixerunt. Punientur ergo heretici, non quia heretici sunt, sed quia male & fla-
giosè vixerunt. Neque enim fieri potest ut quisquam hereticus fiat, nisi prius, vel in vita im-
verbis, vel in actionibus, ratione vita sue male compararit. Quocirca meritò condemna-
re habuntur, non quia offendunt, sed quia seipso per ebrietatem, & contumaciam, & auari-
tiam excæcantes, in tenebris ambulant.

C DE IMPÉCCABILITATE: ET QVOD

præter Deum nemo à peccato immunis sit.

CAP. XIII.



V M purus erit homo coram Domino? Nemo mundus à 1ob.25.
forde, neque infans cuius est vnius diei vita super terram.

Cœli non sunt mundi in conspectu eius. Quis homo erit 15. 4
extra culpam? Quomodo erit homo iustus coram Deo?

Si iniuriantes obleruaueris Domine, Domine quis sustine-
bit? Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine: quia 142.
non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

D Quis potest dicere, Mundum est cor meum, purus sum à peccato?
Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.

Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in 1.1o.1.
nobis non est.

DE IIS QVI AD EA VITIA, QVIBVS

renunciauerunt, rursus redeunt. CAP. XIV.

E CLINANTES in obligationes adducet Dominus cum ope-
rantibus iniuriam. Psal. 124.

Sicut canis, qui reuertitur ad vomitum suum: sic imprudens, Prou. 26.
qui iterat stultitiam suam.

Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniuriam secun Ezech. 18.
dum omnes abominationes, quas operari solet impius, nūquid
viuet? Omnes iustitiae eius, quas fecerat, non recordabuntur. In prævaricatione,
qua prævaricatus est, & in peccato suo, quod peccauit, in ipsis morietur.

Iustitia iusti non liberabit eum, in quaunque die peccauerit: & impietas im-
pij non nocebit ei, in quaunque die conuersus fuerit ab impietate sua, &c.

Qui baptizatur à mortuo, & rursus tangit eum, quid proficit lauatio eius? Sic Eccli. 34.
homo, qui ieunat in peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humili-
lando se? Orationem illius quis exaudiet? Qui reuertitur à iustitia ad iniuria-

D. IOANNIS DAMASCENI

tem, Dominus parauit ipsi gladium.

Luc. 9. Nemo mittens manū ad aratum, & respiciēs retro se, aptus est ad regnū Dei.
2. Pet. 2. Si enim refugientes coinqinationes mundi in cognitione Domini nostri & s̄aluatoris Iēsu Christi, his rursus implicati superātur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiae, quā post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis trāditum est sancto mandato. Contigit enim eis illud veri prouerbij, Canis reuersus ad suum vomitum: & Sus lota in volutabro luti.

Basil. Misericordium sanè spectaculum. Post ieiunium, post aspergam degende vitæ rationem,
Homil. in post assiduas preces, post uberes lacrimas, post continentiam annorum fortasse viginti
prīc. Prou. aut triginta, propter ariditatem negligentiam & incuriam omnibus orbari, ac similem esse
simile. eum, qui mandatorum diuinorum operatione ac quaestu affluebat, locupletissimo cuidam
negotiatori, qui amplissimas merces secum efferen, ac secundo vento periculosa maria emensus, in ipso littore fracta naui, omnibus opibus repente priuatur: siquidem hic quoque ea, quæ innumeris laboribus & sudoribus que fuerat, unico dēmonis impetu perdat, peccato nimis non secus, ac seno quodā turbine depresso ac submersus. Huic sanè qui virtutes omnes tanquam naufragio amiserit, vox hæc conuenit: Veni in altitudinem maris:
Psal. 68. & tempestas demersit me.

Euseb. Qui in bonis operibus progressum aliquem fecit, ac deinde ad veterem consuetudinem
Hom. de- rediit, non solum laborum eorum quos exantlavit, fructu mulctatur, sed etiam grauiore
Ebriet. supplicio afficitur.

Reciduum quod quispiam post actam pœnitentiam idem rursum scelus admittat, argumentum
argumen- est, primam illius peccati causam minimè repurgatam esse, ut potè ex qua, tāquam ex ra-
tū est, pri- dice quadam, eadem pullulare contingat. Quemadmodum videlicet si quis arboris ramos
mā pecca- amputare cupiens, radicem relinquit, nihilominus radix manens rursum fruticabit.
ti causam Vbi vos inuenero, ibi etiam iudicabo. Atque in unaquaque re finis omnium clamat.
amputata Itaque licet quis per uniuersum vitæ curriculum virtutem apprime coluerit, ac sub vitæ
non esse. finem in vitium pronolutus sit, nullū ex pristinis omnibus laboribus fructum consequetur,
Clem. Ut qui sub fabula & catastrophē animo defecerit.
Alex. Nili. Cūm is qui iustitiam colebat, à iustitia exciderit, dicamus de eo quod ab Esaia dicitur
Esa. 14. est, Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, & in terram contritus es?

Philip. Nonnulli cūm in virtute processissent, ante quam ad finem peruenirent, prolapsi sunt, eo
nimis tanquam optimatum statu, qui recens in anima exoriebatur, à veteri plebis in-
condite & dominatione delero: que cūm aliquanti sper quietem coluisse, deintegro rursum
cum maiori potentia aduersus illum imperum fecit.

Quid sit Posteaquam homo per pietatis studium ac probam vitæ rationem numero omnes vir-
tutes absolvit, atque omnibus exploratum est eum pietate ac Dei metu prædictum esse: ac
in imum inferni postea cecidit.

DE RESVRRECTIONE, ET IUDICIO, & pœna æterna. CAP. XV.

K

Psal. 9. ARAVIT in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem
103. terræ in æquitate. Auferes spiritum eorum, & deficient, & in
puluerem reuertentur.

Prou. 11. Si iustus vix saluabitur, impius & peccator ubi parebunt?
Eccl. 12. Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium, pro omni absco-
dito, siue bonum sit, siue malum.

Amos. 5. Vt desiderantibus diem Domini. Vt quid vobis hæc dies Domini: & ipse est
tenebrae, & non lux?

Ioel. 2. Magnus est dies Domini, magnus & illustris valde: & quis poterit sustinere eum?
Confurgant,

